



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendivm Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.  
Emanvelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi  
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

**Rodrigues, Manuel**

**Lvgdvni, 1621**

Notarius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41743**

M V L I E R E S. 291

tioni Abbatissarum commisit. art. 6.

Moniales debent procurare, ut in suo Conuentu quotidie dicatur Misericordia conuentualis, si commodè fieri possit, eamque, si de eleemosynis vivant, viuis & defunctis applicare. art. 7. & 8.

M V L I E R E S.

**H**onestis quibusdam mulieribus possunt Mendicantes dare mantellum griseum, aut alium sui Ordinis habitum Regularem: & haec, manentes in suis domibus particularibus, emisso, vel non emissso voto continentiae, gaudent omnibus priuilegiis Fratrum quoad absolutiones, & indulgentias, sed non quoad exemptiones. In Ordine tamen Minorum limitatus est usus concedendi similem habitum, in constitutione generali Toletana, ita ut sine licentia Generalis, aut Commissarij, dari nequeat. tom. 3. quæst. 7. art. 1. & 2.

N O T A R I V S.

*Vide Index.*

**S**uperiores Regulares, quibus conuenit aliquos processus ful-

T 2 mina

minare, iuridicè creant ad certum tempus, & certa negotia Notarios, non possunt tamen perpetuos, præcipue pro causis quæ extra Ordiné deciduntur. Sed Mendicantes virtute priuilegij à Pio V. Fratribus Prædicatoribus concessi, possunt plures sui Ordinis Fratres instituere Notarios publicos, pro intimandis mandatis & rescriptis Apostolicis, publicam vel priuatam Ordinis vtilitatem concernentibus, & his tanta debet haberi fides in iudicio, & extra, quanta Notariis publicis creatis à sua Sanctitate, Rege, aut Imperatore. tom. 3. q. 8. art. 1.

## NOVITIUS.

*Quoad receptionem,*

*Vide Priuilegium, Professio, Reservatio casuum, Sepultura.*

**R**eceptio Nouitiorum in Ordine Minorum, pertinet ad Ministros Prouinciales; non autem ad eorum Vicarios, nisi eis expresse fuerit commissa, sicut eis, & aliis committi potest, ex declaracione Nicolai III. eaque Prouincialium potestas à Ministro Generali restringi.

bilis